tum iam ab Hammonis, ſive Chami temporibus proditum, diuqve continuatum, ſuo qvoqve exmplo confirmavit. Qvae eſt *gentiliſmi* veteris per Semiramidem inſtaurati *epocha*, ſiqvidem volumus, ut per diſtincta temporu familiarumqve intervalla conſtituatur. Nam ſecunda *Gentiliſmi* aetas fuit in Chamo, ex qvo Belus Ninusqve tanqvam a primo ſtirpis conditore orti ſunt, et magnis deinde familiae incrementis poſteros ſuos propagarunt. Nec ſtetit ibi ſuperſtitio, ſed procedente tempore amplius patuit, et ipſum pariter Semiramidis nomen, qvod inditum a columbis eſt, cultui venerationiqve columbarum deinceps occaſionem dedit. *Vid. diodorus II. 4. Tibullus I. el. 7. Alba Palaeſtino ſancta Columba Syro.* De ſimulachris imaginibusqve falſorum Deorum, qvos Syri Babyloniiqve divina veneratione coluerunt, multa paſſim extant, *apud Herodotum I. Plin. VI. cap. 26. Pauſan. in Atticis, Laconicis et Meſſeniis de culta ab Aſſyriis Venere, ac de Ammone et Iove Belo: Macrob. Saturnal. lib. I. cap. 21. No Ammon apud Ieremiam XLVI. 25. et Nahum III. 8. a ſimulachro Iovis Ammonis cognomen tulit, etſi doctiſſimus Melchior Gvilandinus a notione multitudinis deducere voluit, in commentario de papyro p. 157. De Aſſyriororum antiqvitate et temporum rationibus videatur poſt Cteſiae fragmenta et Diodori Bibliothecam hiſtoricam Clemens Alexandrinus Stromatum I. Mores et inſtituta Aſſyriorum pariter et Chaldaeorum collegit Io. Bapt. Gramaye analect p. 256. ſeq. 309. ſeq. Sed deſignationes auctorum, qvas adducit, non ſemper reſpondent ſuis fontibus. De Gentiliſmo Chami conf. Gisbertus Voetius diſp. ſel. part. 2 de gentil. et vocat. gent. p. 595. Hugo Robinſonus in annal. mund. lib. 2. Cui tamen non fuit cauſa, cur Diodori de ſtatuis Beli narrationem ſuſpectam redderet ac dubiam, p. 134.* Ad poſtremum graviter et ſancte docet Lactantius, ob falſos Numinum cultus, qvos Noachi darum malitia reperit, vanitasqve deinceps humani ingenii auxit, Deum, qvi iam diu ante voluntatem et oracula ſua patefecerat, *Filium ſuum legaſſe ad homines, ut eos converteret ab impiis et vanis cultibus, ad cognoſcendum et colendum Deum verum,* *Inſtit. Divin. lib. IV. cap. 14.*

qve regnum, in qvo iure virilis ſexus ſucceditur, in eo non eſt ratio cauſaqve ſuccedendi feminis, qvippe qvas ſexus ille in tantum vetat ac excludit, in qvantum ſoli viri ſuccedunt viris, *apud Diodorum II. 21.* Non ergo ius imperandi, qvod a Belo inde ad Sardanapalum usqve, maribus deſcendentibus proprium et peculiare eo in regno fuit, ſed adminiſtrationem duntaxat filio ad regnandum immaturo mater praeripuit, ac pro ſtatu illorum temporum ſibi vindicavit. Adhaec narratio Athenaei *apud Diodorum II. 20.* mihi ſuſpecta eſt, et malo ſeqvi Cteſiam, qvi apud eundem in excerptis monumentis ſupereſt, propterea qvod hunc velut in tranſitu et aliud agens adduxit, Cteſiam autem in Aſſyriacis ex inſtituto ſecutus eſt, ac diligenter adeo et omni ex parte, qva opus erat, expreſſit. Tum vero alter Athenaeus ſibi non conſtat, qvum regem Nini alium a rege Sardanapalo adhuc vivente conſtituit, *Dipnoſophiſt.* XII. Qvanqvam vero doctiſſimus *animadverſor Caſaubonus* ad conciliandum cum Diodoro *Athenaeum Dipnoſophiſtam* nihil illic annotavit, ego tamen in praeſens auctoritatem Diodori praeferendam eſſe arbitror, qvi ſine dubio ſcivit et legit meliorem Cteſiae narrationem, qvam iure defendimus, et diffidentis Athenaei Dipnoſophiſtae ſententiam merito improbamus. Athenaeus qvidem evolvit et laudavit Cteſiam, ſed Diodorus eum magis diligentiusqve excuſſit, atqve ex profeſſo etiam res Aſſyriorum perſecutus eſt, ut vel hanc ob cauſam Diodori fides potior mihi videatur. Revertor ad Semiramidem, qvam Philo Byzantius cum ob divitias, tum ob cultum regium impenſe laudavit. Σεμίραμις ἐς βασιλικὴν ἐπλούτησεν ἐπίνοιαν, *de miraculis mundi V.* Ea Belo templum Babylone poſuit, ut hoc veluti auſpicio urbem, qvam perfecit ipſa et communivit, Numini dicaret, populumqve ad eius venerationem invitaret. *Diodorus Siculus II. 9.* Auxit igitur impios gentium cultus, ſtatuaqve Belo Babylonio collocata, ſuperſtitionis profanae ri-

tiam gnaviter docti reiiciunt, et vocabulorum origines caute aeſtimant, nec ſemper, nedum in praeſens, admittunt ac probant, *apud Beckium in notis ad paraphraſten Chaldaeum ſupra citatum.*

§. XXVII. Iam porro et opportune disqvirendi locus eſt, qvo iure ingens illud Aſſyriorum regnum ceperit tenueritqve Semiramis, in qvo nulla niſi virilis ſexus ratio, gentilisqve et hereditaria ſucceſſio valebat. Diodorus Siculus, cuius permagna apud nos auctoritas eſt, ſcriptum reliqvit. Μετὰ ταῦτα γεννήσας ἐκ Σεμιράμιδος υἱὸν Νινύαν ἐτελεύτησε, τὴν γυναῖκα ἀπολιπὼν βασίλισσαν. *II. 7.* Verba poſteriora perperam vertit Latinus interpres, qvoniam Ninus non reliqvit Semiramidi ſucceſſionem, ſed eam duntaxat reginam reliqvit. Igitur ſucceſſio, qvatenus ius titulumqve ſuccedendi in regno Aſſyriorum deſignat, in praeſens non intelligitur, qvippe qvam neqve dare Ninus voluit, neqve iure potuit in regno, qvod ad mares paterna ſucceſſione pertinebat. Producimus teſtem Iuſtinum, qvi ex Trogo ſeqventia in hiſtoriam redegit. *Haec* (vidua Semiramis) *nec immaturo* (filio Ninyae) *auſa tradere imperium* (non ius imperandi, qvod ſane penes Ninyam erat, ſed adminiſtrationem, velut tutelae nomine ſuſceptam, denotat) *nec ipſa palam tractare* (qvoniam ad deſcendentes, a primo acqvirente Nimrodo virilis generis ſpectabat) *tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum feminae parituris, ſimulat ſe pro uxore Nini filium, pro femina puerum, I. 2. 1.* Etſi enim hae nationes ſervituti natae ſunt, ac dominatum patiuntur, tamen feminarum imperia non ferunt, et ſexus eius infirmitatem imperandi non capacem, et maieſtati adverſam eſſe, obſtinate credunt. Itaqve Hugo Grotius et Ioannes Marshamus ius ſucceſſionis feminarum ibi non recte aſtruunt, neqve convenienter petunt ab exemplo Semiramidis, *ille de I. B. et P. II. 7. 12. ibidem annot. hic in* Can. *Chron. p. 68. 69.* Namqve

rent, ac divinitus afflati homines prorſus etiam de iſtis ipſis regibus tacerent. Nam ſive Moſis de orbis origine, et antiqvisſimorum temporum ſtatu commentarios, ſive Iudicum Regumqve divina auctoritate perſcriptos libros evolvamus, nihil eqvidem, ſi Nimrodum excipimus, vel verbo proditum de his vetuſtiſſimis Aſſyriorum regibus uſpiam reperiamus. Recentiores enim illi ſunt, qvorum in ſacra regum hiſtoria mentio fit, qvandoqvidem eam ſtirpem et ſeriem regum, de qvibus hic loqvimur, Sardanapalus perdito luxu, ac nefariis inceſtibus polluit, ac fatali tandem exitio ſuo finivit. *Vid. Dionyſius Petavius de doctrina temporum lib. IX. cap. XIV.* Qvare Auguſtinus divinam humanamqve hiſtoriam docte et prudenter coniunxit, cum Ninum, de qvo nihil in ſacris libris eſt, Abrahamo aeqvalem ſupputat, nec fallitur in rationibus, qvas in ordinandis Aſſyriorum regibus ſubduxit, *lib. de Civ. Dei XVI. c. 17.* Vbi veterum Geographorum placitis ſtetit, qvando Aſſyrios ſub nomine regum Aſiae qvoqve Aegypto imperaſſe refert: qvoniam priſci omnes, ſi Ptolemaeum et paucos excipio, Aegyptum extra Africae fines terminosqve poſuerunt. *Coll. lib. XVIII. cap. 7.* Sed illud placere mihi non poteſt, qvod aliqvi putant, hoc Nini qvoqve nomen primo Chaldaeorum regi fuiſſe attributum, priusqvam a *rebellione* Nimrodus appellaretur, *apud Ioannem VVichmannum Chronol. Sacr. lib. 2. p. 266.* Cuius rei ſicut idoneo monumento fidem facere non poteſt, ita eadem ex cauſa iis non accedimus, qvi duos Ninos tempore ferme coniunctos fuiſſe exiſtimant, ita ut alter eorum Nimrodi, alter Aſſuris cognomine diceretur, *apud Aug. Varenium in Genes. p. 453.* Nam qvod de Beli appellatione ſupra traditum confirmatumqve eſt, id non peraeqve ad Nini nomen pertinet, et nullo antiqvitatis conſenſu, neqve aptis rationibus confirmatur. Tum qvod Io. VVichmannus ſumit, Nimrodo *a rebellandi* vitio inditum fuiſſe nomen, multi e-

Hiſt. Nat. lib. VI. c. 26. Strabo ad Ninum pariter atqve Semiramidem porrigit atqve accommodat, dum ſcribit. ὗτοι δ' ἐκράτησαν τῆς Ἀσίας, *Geogr. XVI.* Etſi autem non par et aeqvalis Perſarum Imperii magnitudo fuit, tamen qvi modo Aſſyriis, idem ſuperiori libro Perſis Aſiae Imperium vindicavit. Εἶτ' εἰς πλείους διαδεξαμένους, καὶ τοὺς ἐπιγόνους τούτων μεγισθεῖσα ἡ ἡγεμονία τῆς Ἀσίας διελύθη, *Geograph. XV. in extremo.* Qvae verba dirigit ad X. Perſarum reges, qvi a Cyro usqve ad Darium Codomannum regnarunt, qvippe qvos paulo ante deſignaverat, et ſtylo ac ſenſu Diodori Siculi, Aſſyriis Imperium Aſiae tribuentis, ſcribit ac diſerte teſtatur, apud Perſas qvoqve ſummam poteſtatem, imperiumqve Aſiae maximum fuiſſe. Itaqve malo hic ſeqvi Strabonem πολιτικώτερον, qvam Arrianum, neqve enim decet movere veteris hiſtoriae terminos, et ſumma Orbis Imperia de propria et priſca magnitudinis dignitate dimovere.

§. XXVI. At vero omnes illi Aſſyriorum reges, qvotqvot poſt Nini et Semiramidis tempora ad Sardanapalum usqve regnarunt, obſcuri fuere ac inglorii, et nihil praeter nomina poſteris reliqverunt, ac ſimul et univerſe triginta aetates hominum expleverunt, regnumqve paterna ſucceſſione initum, per ſocordiam et luxum non protenus, neqve ex breviore intervallo amiſerunt, ſed qvam diutiſſime ſine tumultu ac bellis retinuerunt. *Vid. Diodorus Siculus, qvi, ut Plinius in praefatione ad Veſpaſianum auctor eſt, apud Graecos nugari deſiit, cauſasqve ſervati tamdiu imperii ſapienter expoſuit,* et qvamobrem tandem in Sardanapalo defecerit, explanate memoravit, *II. 15. 23. et ſeq.* ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα ἐβασίλευσαν. Omnibus conſtat, γενεὰς ſcripſſe, non γενέσεις, qvae permultum inter ſe diſtant ac diſtingvuntur. Proinde horum regum ignavia et luxuria cum foeditate coniuncta effecerunt, ut profani ſcriptores parum vel nihil memoratu dignum acciperent,

μενον ἐ μικρόν. Καθάπερ νῦν τὸν μέγαν βασιλέα φοβέμεθα ἡμεῖς, καὶ τότε ἐκείνην τὴν συςαθεῖσαν σύνταξιν ἐδεδισαν οἱ τότε. *Lib. III. de Legibus.* Dilucide hoc et perſpicue tradidit atqve comprobavit Diodorus Siculus, et gentium ab eo ſubactarum numerum iniit, ac poſt eius deceſſum qvoqve Semiramidem totius Aſiae reginam appellavit, *II. 2. et 20.* Qvod tamen cum exceptione Indiae et Arabum Nabataeorum intelligi debet, *apud eundem II. 16. 20. III. 48.* Multo minus hoc ad totam Aethiopiam et Africam pertinet, qvamvis regina Semiramis aliqvam Aethiopae partem, et Libyae inſignem tractum adorta ſit ac ſubegerit, *II. 15. 16. et III. 3. collat.* Qvod Alexandrum tam male habuit, ut reges ſuperiores magno potentiae intervallo anteire cuperet, qvod facere ſe poſſe confidebat, ſi circumnavigata Arabum ora maritima in Aethiopiam, Libyamqve deinde ac Numidas penetraſſet, *apud Arrianum VII. coll. Curtio IX. 1. 17.* Neqve ſic tamen Aſſyrio-Chaldaei magni in terrarum orbe reges eſſe deſierunt, qvandoqvidem magnum Aſiae imperium, qvod hic reputamus ac reſpicimus, diu et conſtanter tenuerunt, qvod ſeqvioribus Perſarum Medorumqve regibus iure non poſſe tribui, affirmavit Alexander, qvum animo ambitionis pleno atqve indignante dixit, τὲς γάρτοι Περσῶν καὶ Μήδων βασιλέας ἐδὲ τὲ πολλοςὲ μέρες τῆς Ἀσίας ἐπάρχοντας, ἐ σὺν δίκῃ καλεῖν σφὰς μεγάλες βασιλέας, *ut teſtis eſt dicto in loco Arrianus.* Omnino autem Ninus et amplitudine Imperii Belum patrem praeſtitit, et, *contradicente qvamlibet Vſſerio,* magnus Aſiae rex fuit, et iure demum appellatus eſt, qvem profani cumprimis ſpectant atqve inſigniunt, cum de Aſſyriorum Chaldaeorumqve vaſta potentia tradunt. Proinde Ioſephus. Κατ᾽ ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν Ἀσσυρίων κρατέντων τῆς Ἀσίας, *antiq. I. 10.* Plinius ait: *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu ſummam claritatem obtinuit in toto orbe, propter qvam reliqva pars Meſopotamiae, Aſſyriaeqve Babylonia appellata eſt.*

 Hiſt.

Dei cultu alienior ac ſuperbus, neqve ſatagens rerum, et rapere aſſvetus, eum ad deteriora ſtimulabat. Vim facere, et inferre bella, ac laceſſere finitimos et perſeqvi, ac ſpernere proavi Noae monitiones et dicta eludere, religionemqve et ceremonias *Semitarum* odiſſe pariter atqve averſari, et tollere adeo ſuperiorem divinae ac patriae poteſtatis venerationem, non tale perſvadent, nedum prae ſe ferunt Nimrodi inſtitutum. *Vid. Ioſephus antiq. l. 5.* Ac longius qvoqve abit eorum interpretatio qvi Nimrodum fiducia roboris elatum e numero hominum eximere ſe voluiſſe iudicant, idqve argumento verborum, *coram Domino*, aſſerunt atqve exponunt, *apud Io. Calvinum comment. in Genes. h. l. p. 88.* Philippus Bergomas comminiſcitur, *Ionichum* qvendam Noae filium non terrae partem, ſed munera a patre ſuo accepiſſe, *Nimrodumqve giganten diſcipulum habuiſſe*, qvem regnandi artibus erudiiſſet, *in Chronicorum Methodii ſuplemento, cuius, et Ioannis Annii, crebras nihil moramur nugas.*

§. XXVI. Sed cum de Nimrodo ſcribendi finem facio, tum ſane reſtat, ut Nini tempora ordinentur, explicatiusqve tradantur. Rem vetuſtate ultima obſcuram qvodammodo et incertam ſic tractat et perqvirit Iacobus Vſſerius, ut ei *nimis audax aſſertio* videatur, ſi dicamus, *ad Indos usqve imperaviſſe Ninum Aſſyriorum regem, in Chronologia ſacra, qvam accuravit Thomas Barlovius, pag. 83.* Nam ea ſententia congruit cum optimis qvibusqve veterum monumentis, et habet auctores ſane diligentisſimos, ac omnes eos, qvotqvot ad commemorationem horum temporum fidem inprimis atqve induſtriam attulerunt. Inter Philoſophos etiam Plato magnae Aſſyriorum potentiae mentionem fecit, atqve haec ab inſtituto non aliena ſcripſit. Οἱ περὶ τὸ Ἴλιον οἰκοῦντες. τότε πιστεύοντες τῇ τῶν Ἀσυρίων δυνάμει τῇ περὶ Νίνον γενομένῃ, θεασάμενοι τὸν πόλεμον ἐγείραν τὸν ἐπὶ Τροίαν. Ἦ γὰρ ἔτι τὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης σχῆμα τὸ σωζόμενον

tores alii, *terribilem bellatorem* innui putant: non ſecus, atqve Ariſtoteles *λῃστείαν* inter venationis genera numeravit, qvae perſaepe in tyrannis ſe prodit. Qvinimo Seneca non ſibi temperare potuit, qvin Philippi et Alexandri M. *latrocinia* perſtringeret, *in praefatione libr. III. de Natural. qvaeſt.* Nec multo aliter Bragmanes, Alexandro exprobrantes *τὸ κατασφάττειν ἀνθρώπους, καὶ ταράσσειν ἔθνη*, *apud Palladium de Bragman. p. 33. et apud Arrianum lib. VI. de exped. Alex. Conſentiunt Scythae apud Curtium VII. 8. 19.* Verba *coram Domino* denotant imperium nutu providentiaqve Dei inſtitutum. Non adverſatur Hieronymus, dum ſcribit. *Nemrod arripuit inſvetam primus in populo tyrannidem, regnavitqve in Babylone, l. trad. Hebr. in Geneſ.* Enarrat enim ſumpti ſuſceptiqve imperii modum, ut, qva via ad dominatum progreſſus ſit, oſtendat: minime autem definit originem, qvam altius eſſe repetendam praeclare monet Auguſtinus. *Etiam talibus* (dominatus tyrannidisqve cupiditate praeditis) *dominandi poteſtas non datur, niſi ſummi Dei providentia, qvando res humanas iudicat talibus dominis dignas. V. 19. de Civ. Dei.* Qvare inter ſcriptores convenit, prima in orbe fuiſſe regum imperia, *apud Salluſtium in bello Catilinario II. et Iuſtinum*, qvi hiſtoriam ſic auſpicatur. *Principio rerum, gentium nationumqve imperium penes reges erat, I. 1.* Nec diſſenſit Cicero, ac tradit, *omnes antiqvas gentes regibus qvondam paruiſſe.* Statimqve ſubiicit. *Qvod genus imperii primum ad homines iuſtiſſimos et ſapientiſſimos deferebatur, de legibus III.* Mittimus expoſitionem, qvae Nimrodum, qvatenus ferarum venatorem, deſignat, atqve ideo felicem in venatu fuiſſe aſſerit, qvia praedae partem Deo dediſſet, *apud Hugonem Grotium, in annotatis ad hunc locum X. 9.* Nam ut fabellis ab Hebraeorum magiſtris acceptae aſſenſum praebeamus, nihil eqvidem movere nos poteſt. Eqvidem indoles Nimrodi tyrannidis appetens et ferox, animusqve a

Dei

ad hoc negotium feliciter perficiendum habuiſſe, et caeſo poſthac Nimrodo, Eſavum induiſſe, *qvod auctore Iarchio narrat Ioannes Braunius libr. de Veſtitu ſacerdotum Hebraeorum cap. 4. p. 87.* Alioqvi LXX. applauſores habent Ambroſium, Sulpicium, Auguſtinum, huiusqve diſcipulum Oroſium, qvi omnes Nimrodum Gigantis nomine appellant. Sed fallit eos vocabuli huius notio, qvam nos ex Heſychio interpretamur, ut idem gigas ſit, qvi robore et ferocia alios ſuperat, qviqve Graecis dicitur ἰσχυρὸς, τολμηρὸς, ac ſummatim δεσποτικὸς ἄρχων. Qvod Nimrodo ex aſſe convenit, et adeo qvidem, ut Gigantem et tyrannum paria facere multi affirment. Qvam Chryſoſtomi ſententiam probat Ioannes Saresburienſis, et poſtqvam tyrannum nominavit, Graeca verba, ἐναντίον κυρίου, qvae apud τοὺς ό extant, Auguſtinum ſecutus perperam convertit, *lib. IIX. c. 20. de nugis Curialium.* Cauſa vero, qvamobrem venator dicatur, a plerisqve haec affertur, qvod cum feris capiendis, tum hominibus in ordinem obſeqviumve cogendis omnem curam laboremqve impendiſſet. Doctores Targumici Nimrodo venationem in vitio ponunt, eamqve de peccato et imperio tyrannico interpretantur. *Vid. Paraphraſtes Chaldaeus Chronicorum apud Matth. Frid. Beckium cap. I. v. 10.* Mihi non diſplicet eorum commentatio, qvi venatum pariter atqve dominatum hoc vocabulo deſignari aſſerunt: uterqve enim regum deſpoticorum ingeniis convenit, et probatur exemplis, *Romuli apud Plutarchum in Romulo, Cyri apud Xenophontem in Cyripaedia I. Hadriani apud Xiphilinum in Dion. exc. in eodem, Diocletiani apros manu ſua occidentis apud Fl. Vopiſcum in Numeriano.* Igitur apte convenienterqve explicant Auguſtus Varenius, et Andreas Rivetus, qvi Nimrodum et in venando robuſtum, et in regnando praeferocem fuiſſe, huius loci argumento docent. Arabs Syrusqve interpretes, et cum his pleriqve commentatores

l. 96. Ei ſuffragatur Philoſtratus, ac teſtis eſt, apud apud Aſſyrios et Medos *tyrannides* maximis honoribus coli. Ἀσσύριοι καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνοῦσι, *de vita Apollonii Tyanei VII. 6. Atqve hoc eſt illud Venerari, qvod* προσκυνεῖν *Perſae vocant, apud Cornelium Nepotem in Conone III. 2.* De Cappadocibus *ſine rege vivere ſe poſſe negantibus tradit Iuſtinus XXXIIX. 2. 8.* Par Armeniorum conditio et ingenium fuit, qvod proni in ſervitutem optarunt, ut reges ſibi praeeſſent, priſtinusqve ſtatus integer conſervaretur, *apud Tacitum* XIII. 34. More omnium fere Aſiae populorum, qvibus libertas ignota erat, qvos Ariſtoteles docte ac prudenter commemoravit. Τὰ δὲ περὶ τὴν Ἀσίαν διανοητικὰ μὲν καὶ τεχνικὰ τὴν ψυχὴν, ἄθυμα δὲ διόπερ ἀρχόμενα καὶ δουλεύοντα διατελεῖ. *Politicorum VII. 7.* Ad hanc ſervilis obſeqvii legem Chaldaei et Aſſyrii omnium primi a Nimrodo inſtituti ſunt, atqve ultima adeo herilis imperii ab inſtaurato orbe initia ac fontes ex Chaldaea in Aſſyriam, totamqve deinceps Aſiam dimanarunt. Hinc apud Euſebium Iulius Africanus. Οἱ χαλδαῖοι πρῶτοι ἀνηγόρευσαν ἑαυτοὺς βασιλεῖς, ὧν πρῶτος Εὔηχος. Eutychius Patriarcha ſcribit: *huius* (Abrahami) *tempore fuit Nimrod Gigas rex Babelis, ubi primus omnium regnaſſe fertur, in annalibus Alexandrinis p. 63.* Similiter Gregorius Abul Pharaius Nimrodum regum in terra Babel primum, eundemqve *Gigantem* appellavit, paremqve de ſumpta corona fabulam prodidit, *in hiſtoria dynaſt. 1. p. 12. Gigantem,* opinor, imitatione LXX. interpretum vocant, ac mores potius magnasqve Nimrodi vires, qvam molem humanae ſtaturae habitum modumqve excedentem contemplantur. Ita vero οἱ ἑβδομήκοντα. οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον κυρίου, *Geneſ. X. 9.* Leve nugatoriumqve eſt, qvod Hebraeorum magiſtri narrant, Nimrodum veſtes Adami pelliceas nactum; venationi operam dediſſe, earumqve uſu permagnam vim

ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο, καὶ τείχεσιν ὠχύρωσεν εἰς, ταυτὸ συνελθεῖν τοὺς οἰκείους καταναγκάσας. *Antiq. I.3.* Vnde non ratione modo, ſed actorum qvoqve documentis refellitur *primaeva* communio, et ab ultimis ante Noachicae eluvionis vaſtitatem ſeculis traditur atqve comprobatur, ſuos cuiqve fines ac terminos fuiſſe praeſcriptos, intra qvos ſe atqve dominium ſuum coerceret. Qvo fit, ut ſpecie ac obtentu *primaevae* communionis, cuius *poſtliminium* fingitur, nullum auferendae rei praeſidium ab extrema neceſſitate peti qveat: propterea qvod ne *primaeva* qvidem communio fuit inter filios Adami: tantum abeſt, ut inter Noachi liberos fuerit, ut qvoqve iam conſtet, illos ſorte diviſiſſe terras. Illud autem abſurdum, nec in genere morum poſſibile eſt, ut res poſt diviſionem atqve occupationem communes nihilominus maneant, pariterqve ab omnibus ex aeqvo habeantur et uſurpentur. *Diſſentit Hugo Grotius, et contrarium enixe vult ac ſvadet II. 2. 6. I. B. et P.*

§. XXIV. Amplius de Nimrodi imperio dicendum eſt, non domeſticum fuiſſe et paternum, ſed herile prorſus et aſperum, plenaqve regnandi poteſtate fundatum, ut certo et continuo ſuccedendi iure niteretur. Non piguit Diodorum id deſcribere planis et ſignificantibus verbis: παῖς παρὰ πατρὸς διαδεχόμενος τὴν ἀρχήν, *II. 21.* Idqve apud Romanos deprompſit et confirmavit Velleius, cum regnum ſucceſſione ita traditum devolutumqve memorat, *ut ſemper ſucceſſor regni paterni foret filius, I. 6.*

§. XXV. Itaqve non eſt, cur dubitemus, Aſſyriorum reges omnes ditioni ſuae ſubiectos ſervilem in modum obſeqventes habuiſſe, eorumqve rationes ad ſua arbitria retuliſſe pariter atqve exegiſſe. Ac Herodotus non potuit praeterire Medos, qvi illis ipſis regibus ſub gravi ſervitutis iugo paruerunt, de qvibus haec tradit. καὶ ἀπωσάμενοι τὴν δουλοσύνην

I. 96

conſtat, et Euſebium, qvi omnia veterum monumenta pervolvit, auctorem habet, iamqve confecta eſt: altera autem, qvae ſortem ſpectat, atqve hac ſententia comprehenditur: ἔβαλε τοὺς κλήρους, ab Epiphanio ediſſeritur atqve confirmatur. Is inter alia ad hoc inſtitutum pertinentia haec ſcripſit. ὁ Νῶε ἐκεῖ ἔβαλε τοὺς κλήρους τοῖς τρισὶν υἱοῖς αὐτοῦ. *In haeres. Manich. 66.* Ἐκεῖ locum deſignat, qvem paulo ante nominarat Epiphanius, qvanqvam in eo definiendo fallitur, qvum putavit fuiſſe *Rhiconoluram*, cuius meminit Diodorus, atqve in Aegypti et Syriae limite collocavit, *l. 60.* Haud dubie eum legit et reſpexit, cum *in Ancorato* ſcriptum reliqvit. Κεῖται δὲ αὕτη ἡ Ῥινοκορούρων, ἀνὰ μέσον αἰγύπτου καὶ παλαιστίνης, ἀντικρὺ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Itaqve illo antiqvitatis argumento colligi poteſt, ſortem eſſe inter gentium antiqviſſimos acqvirendi modos, ac non utiliter ſolum, ſed etiam neceſſario recipi interdum ac probari, proqve Dei ipſius iudicio haberi, ſi neqve partes inter ſe convenire, neqve lites ob iuris et meritorum aeqvalitatem terminari poſſunt, adeo ut iis ſine exceptione ſtandum ſit, et qvod hinc ſeqvitur, nullus provocationi ad iudicem locus relinqvatur. Oracula iuris, et divina humanaqve exempla afferre longum foret, neqve huius loci eſt. *Vid. eo Petrus Gregorius Toloſanus tract. de Appellat. lib. II. cap. 19. n. 10. ſeqq. Samuel Bochartus contra Epiphanii auctoritatem nihil niſi coniecturam affert*, qvam approbare nolim, *in Phaleg. lib. 1. cap. 16.* Praeterea hoc ſortis iudicio, qvo ſuperior *diviſio* peracta confirmataqve eſt, repetita dominiorum primordia continentur ac *poſtliminio* explicantur. Etenim cum primis fere hominum natalibus, atqve adeo ante eluvionem terrarum orbis ius coepit, qvo ſuam qvisqve rem, et ſibi propriam haberet, dominiumqve adeo in certos fines deſcriptum teneret ac tueretur. Perappoſite Ioſephus primam hanc dominiorum originem indicavit, nec ſcribere dubitavit. ὅρους τε γῆς πρῶτος ἔθετο,

Ναβεσάλης χρόνους ὑπομείνας παρὰ Βαβυλωνίοις ἐτυράννησε. Nec aliud ſenſit ac ſcripſit Alexander Polyhiſtor in fragmento ſupra citato. In eo autem non aſſentimur Ioſepho, qvod putavit, fundatum in Chaldaea imperium antevertere illud tempus, qvo Noachidae diſtracti ſunt atqve diſperſi. Qvicum exiſtimavit *Sulpicius Severus*, et qvamobrem ita exiſtimaret, ratione minime idonea declaravit. Poſtqvam enim gentes in ſuas qvaeqve oras abierunt, terrarum regionumqve appellationes primo coeperunt, et diſtincta adeo diviſaqve imperia ſic demum inſtituta fuerunt. *V. Auguſtinus XIIX. c. de C. D. Iac. Salianus ad A. M. 1932.*

§. XXIII. Caſu autem, an conſilio in terrarum oras atqve inſulas venerint, occaſio diſqvirendi nunc datur, ac ego qvidem adduci non poſſum, ut Ioſepho prorſus aſſentiar, qvi fortuito id accidiſſe refert. Καὶ γῆν ἕκαστος κατελάμβανεν, καθ' ἣς ἦν αὐτοὺς ἦγεν ὁ Θεός. *Antiq. I. 6.* Aliqvi κατελάμβανον Contra fidem codicum veterum refingunt, et καταλαμβάνει legendum opinantur: perinde ac ſi numerus plurium hic non haberet ſchematis vulgo noti excuſationem. Sed qvod res ipſa poſtulat, fatendum mihi eſt, illam ipſam Noachidarum partitionem in deliberatione poſitam, ac ſcienter et conſulto factam, et qvod pleriqve tradunt, ſortis iudicio terminatam fuiſſe. Pro ea enim auctoritate, qva tunc Noachus, inſtaurati hominum generis pater et princeps, Dei munere fungebatur, ſine dubio dux fuit atqve auctor eam ad rem conficiendam, in qva et ſervandae pacis, et maturandae propagationis conſilium ſtetit. Ac de partitione qvidem omnes facile conveniunt, at ſortitionem non perinde tradunt, qvam Epiphanius memoriae prodidit, copioſeqve explicavit. Dignus adeo, qvem Euſebio iungamus, ut non minus dictis facere fidem, qvam conſenſui ſcriptorum addere qveamus pondus. Nam ea qvaeſtio, qvae hoc capite, ἐμέρισε τὴν γῆν, continetur, per ſe

con-

rum retro temporum interpretibus, qvos Eucherius in Commentariis ſeqvitur, recedat. *De Thura conf. Ioannes Antiochenus, qvi ſupereſt in excerptis.*

§. XXII. Regnum ceteroqvi Nimrodus poſtea iniit, qvam Noachidae diſperſi diſſipatiqve erant. Nam condere imperium, et magno freqventiqve hominum concurſu aedificare et incolere urbes, et cogere ad imperata facienda multitudinem, ac deinde vim facere finitimis, et late propagare potentiam ac ſtabilire, non ſane familiae, nec promiſcuorum et nulli civili imperio obnoxiorum hominum, ſed populi, ſed gentis una imperandi et parendi ſocietate iunctae haberi debet. Itaqve Nimrodus non potuit eſſe Rex, anteqvam idoneo et ſufficienti numero homines imperio atqve legibus ipſius obtemperarunt: qvod ſane accidit, poſtqvam Noachi familiae diſtractae in contrarias ſententias diſceſſerunt a ſe invicem, atqve in diverſas terrarum orbis regiones demigrarunt, patrumqve auctoritatem cum Principum poteſtate commutarunt. His vero diſperſis, Nimrodus a perficiendo aedificationis propoſito irati Numinis prodigio deterritus, Babylone nihilominus aliqvandiu ſubſtitit, ac proſpera deinde fortuna in Aſſyriam tendit, et Nineven qvaſi felicioris auſpicii domicilium ac ſedem extruxit. *Vid. liber divini Codicis, qvi Geneſis inſcribitur, XI. 8. ſeq. et Chryſoſtomus homil. XXIX.* Poſtea Semiramis, qvicqvid Nimrodus imperfectum reliqverat, feliciter abſolvit, adeo ut vel ob inſignem hanc celebratamqve inſtaurationem prima aedificata Babylonis initia Semiramidi accepta ferantur, *apud Diodorum II. 7. Strabo XVI. Conf. Herodotus I. 184. Qvibus lucem afferunt Ioſephus Antiq. Iud. I. 5. et auctores, qvi in monumentis apud Euſebium ſuperſunt: nec non Auguſtinus XVIII. 2. de C. D. horumqve ad partes acceſſit vetus, nec ignobilis Poeta, cuius ad hoc inſtitutum pertinet verſus:* ἀρχαίη Βαβυλὼν, Τυρίȣ Βήλοιο πόλισμα. *Ioſephus Antiq. I. 7.*

CΝαβεώ-

Νῖνον αὔξει πόλιν, καὶ τὰς ὑπηκόους [illegible] *l. 7.* Applaudit Sulpicius Severus, atqve ab eodem auctore huius urbis originem ducit, *Sacr. hiſtor. l. 1.* Neqve ab iſta ſententia alieni ſunt pleriqve interpretes, Graeciqve pariter et Hebraei aſſentiuntur. Qvin imo putat Georgius Hornius, Aſſurem in faſtis Siculis nomine Thurae ſignificari, ac deinceps Svidae auctoritate id firmat, atqve hinc ad explicandam nominis originem deſcendit, *not. in Sulpicium d. l.* At non recte id ſibi ſumit more ſuo Hornius, qvoniam Thuras magni temporis intervallo regnavit poſt Ninum. Conſtat autem Niniven diu ante, ſive a Nimrodo, qvod non dubia Moſis hiſtoria evincit, ſive a Nino, qvod profani tradunt, conditam fuiſſe. Proinde nomina et tempora confundit, et *Graiorum* non minus, qvam antiqvitatis imperitum ſe oſtendit, qvum Thuran ab Ἀθυρία arceſſit, et hanc unam eandemqve eſſe iudicat, qvam profani Ἀσσυρίαν appellarint. Sed qvia hoc nullo auctore idoneo probat, non eſt, cur in refellenda eius coniectura longum ac ſupervacuum laborem ponamus. Etenim qvod ſeqviores Hebraeorum magiſtri ſic interpretari videntur Ἀθυρίαν, id profecto non facit, ut antiqviſſimum Thurae nomen a recenti, eoqve dubio, et tantum non non mendoſo fabulatorum verbo deducamus. Ac de Thura qvidem Svidas faſtos Siculos imitatus haec reliqvit. οὗτος ἐβασίλευσε μετὰ Νῖνον Ἀσσυρίων. Qvod reliqvum eſt, non diffiteor, faciliorem conciliandae hiſtoriae rationem iniri poſſe, ſi Aſſur non pro hominis, ſed pro regionis nomine habeatur, qvod qvidem ita viſum eſt viro caſtigatae eruditionis, *Sam. Bocharto in Phaleg. Lib. IV. c. 19.* Ac idem ille in hoc argumento haud exiguam operam locavit, nec paucas ad probandum rationes adduxit. *Phaleg lib. IV. c. 12. cum qvo ſecutus eſt Chriſtianus Schotanus de ſecunda mundi aetate p. 120.* Qvae tamen apud *[illegible]* non eiusmodi pondus habent, ut perſvadeant, cur ab antiqviſſimorum

eius, haud alioqvi a ſe diſſidens habuiſſe videatur. Non aberraverim, ſi dicam, Ioſephum, ſcriptorem per ſe gravem et prudentem, tempora Nini deſignaſſe, qvando Aſſyriorum res bellicas, et potentiam tota Aſia inſignem tradidit, eamqve occaſionem ex aeqvalitate temporum Abrahami nactus eſt, qvae vitae actisqve Nini reſpondent, atqve in eo Euſebius et Auguſtinus conſpirant mecum atqve conſentiunt, regnante Nino natum fuiſſe Abrahamum, *qvorum ille vid. in Chronico, hic XVI. 17. XVIII. 2. de C. D.* His pleraqve conveniunt, qvae de Nino rege Diodorus ſcripſit, etſi originem Nini Vrbis non pari certitudine ediſſeruit, et Moſe antiqviſſimo et fallendi neſcio, divinitusqve afflato ſcriptore corrigendus. Nam qvae a Diodoro Ninus, eadem a Moſe Ninive appellata eſt, cuius magnitudo non aeqvavit modo, ſed etiam ſuperavit Babylonem, *apud Strabonem Geograph. XVI.* [illegible] Qvorſum ſpectat Ionae [illegible] ſignificantiore loqvendi ratione *magnam* nominantis oraculum, *I. 2. et III. 2. 3.* Luculentiſſime Diodorus, [illegible] *II. 3.* Nec tam de eius ſitu qvam de conditore lis eſt, qvam ſtrictim breviterqve dirimamus. *Situm* in Aſſyria omnes tribuunt, *Strabo XVI.* [illegible] Scribit, [illegible] more ſcribendi a barbaris tradito, ut Dio Caſſius explicavit, qvi poſtqvam enarravit Adiabenen, ac de ea dixit [illegible] mox ſubiicit, apud barbaros Aſſyriam vocari: [illegible] *in Traiano lib. LXVIII. p. 785.* Pro [illegible] alii legunt [illegible] Altera lectio Straboni ac Stephano Byzantio magis congruit, altera priſco Aſſyriorum nomini propior, utraqve in eo, qvod literas et commutat, Atticorum dialectum et morem fere imitatur. *Conditorem* Vrbis Nini perplures Aſſurem nominant, ac in his familiam ducit Ioſephus, cuius haec ſunt verba: [illegible]

[illegible]

τοῦδ' ἀρχὴν τῆς χρονογραφίας ἀπὸ Νίνου πεποιήκασιν. Qvae verba poſteritati ſervavit Euſebius, cauſamqve indicavit, qvae profanos induxerit, ut hiſtoriam a Nino demum auſpicarentur.

§. XXI. Nunc qvando amplius verum magnae Beli monarchiae initium ediſſeram, certum ſane habeo, Belum et Nino antiqviorem, et ab eo diverſum eſſe: tum Beli regnum Babylone coeptum, atqve in tractu *Sennaar* inſtitutum, qvatuor duntaxat urbibus comprehenſum fuiſſe, inde ampliandorum finium cauſa progreſſum, non urbium, ſed provinciarum regem eſſe voluiſſe, ac in Aſſyriam moviſſe, regnumqve ad firmandas vires opportunum armis ſubegiſſe: dehinc potentiae ſedem qvoqve apud Aſſyrios collocaſſe, et Niniven a fundamentis conſtruxiſſe: atqve his rebus ſcriptoribus externis occaſionem dediſſe, ut, poſt inſtauratam orbis vaſtitatem, primos in eo Aſſyrios regnaviſſe, affirmarent. Aperte Aemilius Sura: *Aſſyrii principes omnium gentium rerum potiti ſunt, l. c. apud Velleium.* Id qvomodo intelligendum ſit, ex antiqvis monumentis docet Euſebius, qvum *in Chronico* haec refert. *Tharae anno XXIIX. Aſſyriorum rex primus Belus mortuus eſt, qvem Aſſyrii Deum nuncupaverunt.* Igitur nemo nos erroris arguet, ſi hanc ſententiam ſeqvamur, qvam cum ſacra hiſtoria, in libro generationis X. *11.* a Moſe deſcripta, congruere prorſus et omnino ſcimus. Non hic ad componendam huius rei controverſiam afferam, qvod pleriqve non abſurde putant, Nino Beli F. deferri primas, qvod ab exceſſu patris regnum Aſſyriorum inſtauraſſet fortiter, ac deinceps magis amplificaſſet, prorſusqve ita ſeparaſſet, ut contra motus, contraqve incurſiones firmus eſſet, neqve iam bella expectare, ſed inferre finitimis poſſent. *Vid. Vell. l. c. Euſebius in Chronico eodem,* qvum tradit: *Primus Aſſyriorum rex Ninus Beli filius regnavit annis.* Vel ſic qvoqve more et inſtituto profanorum, inſtaurationem huius regni a Nino factam pro initio

eius,

tius, qvam hominis, et qvod ex *Ioanne Antiocheno* recordor, iis etiam, qvi conſecrari relatiqve in divos eſſent, dari conſvevit. *Conf. Suidas, qui hanc in ſententiam de Thura Aſſyriorum Rege ſcribit*: τοῦτον προσκυνοῦσιν οἱ Ἀσσύριοι ὡς θεὸν, καὶ ἐπονομάζουσιν αὐτὸν Βάαλ, *in vocab. Thuras.* Thuram non interpretor Ninyam, de qvo tradit *Diodorus* (nusqvam autem eius meminit Herodotus) *Bibl. II. 21.* ſed Arium Nini et Semiramidis nepotem. Nolim vero huc arceſſere praeſidium a mendoſa Iuſtini lectione, qvam non video, qvamobrem Gerhardus Ioannes Voſſius probaret. *Fieri poteſt*, inqvit, *Ninum pro Nimrodo poſitum, ut facilis confuſio eſt in priſca hiſtoria, in diſſertatione quae ipſi tribuitur, de ratione ſtudiorum p. 26.* Nam eam mutandi licentiam neqve Trogi, Diodorum Siculum ſeqventis, conſvetudo, neqve codicum Iuſtini veterum exempla concedunt. Oroſio enim et aliis Chriſtiani nominis ſcriptoribus, Nimrodi hiſtoriam enarrantibus, ſcriptura divinior, haud dubia in ultimis rerum regnorumve antiqvitatibus perſcribendis regula, in promptu fuit.

§. XX. Igitur Caſtoris Rhodii veſtigia ingredior, et qvod de profanorum Belo commemorat, libens amplector, ac ſentio, nomen eius qvidem velut magni praepotentisqve regis paſſim fuiſſe notum, et fama ſermonibusqve celebratum; ſcribendae autem hiſtoriae principium a Nino duxiſſe, neqve ſine ratione feciſſe, cum non reperirent domeſtica gentis ſuae monumenta, in qvibus ultimi regis illius anni idoneo et conſentienti temporum ordine deſcripti eſſent: de cetero Hebraeorum volumina aut non legerent, aut non intelligerent, contenti fama, qvae ſola texendae hiſtoriae ſufficere non poteſt. Sive igitur obſcura temporum ratio impedimento fuerit, ſive recentior Nini gloria nomen famamqve Nimrodi obſcurarit, vere iudicavit Caſtor, et in *fragmento*, qvod ſupereſt, hanc ſententiam dixit. Τοῦ μὲν ὀνόματος (de Belo loqvitur, μνημονεύουσι,

uſurpaſſe, *Antiq. Iudaic. lib. I. cap. 5.* Prae ſe ferebat aedificationis cauſam, ut homines inpoſterum ſervaret incolumes, ſi cum nova aqvarum eluvione confligendum eſſet: una ratio ſvadendi hoc capite continebatur, πύργον οἰκοδομήσειν ὑψηλότερον ἢ τὸ ὕδωρ ἀναβῆναι δυνηθείη altera ſpectabat ad ultionem, μετελεύσεσθαι τῆς τῶν προγόνων ἀπωλείας, qvam nullam facio, dignamqve iudico, qvae iuxta cum aliis et inanibus commentis improbetur, cum abſurdum ſit, ea velle perſvadere, qvae apud homines ſenſu et ratione praeditos non valitura ſint, qvorumqve contrariae notiones et exempla in animis oculisqve verſentur. *Igitur omnino vid. liber Moſis, qui Geneſis inſcribitur, XI. 4.*

§. XIX. Qvare fixum ſtatutumqve nobis eſt, eundem fuiſſe Belum, qvi aliter Nimrodus dicitur, atqve apud Graecos Νεβρώδης et qvod a lingva Hebraeorum proxime abeſt, Νεβρὼδ, itemqve Εὐήχιος ſive Euechous appellatur, qvod licet cognoſcere ex *Ioſepho, Iulio Africano, Euſebio Georgio Syncello, qui Beroſi Abydeniqve monumenta ex Chaldaeorum tabulis ſumpta collectaqve nobis conſervarunt.* Cteſias, qvem ſupra laudavimus, ex Perſarum commentariis luculenta hiſtoriae ſuae ſubſidia comparavit, et Aſſyriorum res etiam multum atqve diligenter ſcrutatus, eſt nihil Diodoro Siculo reliqvit, qvod de *Belo* conſignaret. Inde ſuſpicatur *Hugo Robinſonus*, nullum fuiſſe Nino patrem, qvem alioqvi Diodorus Trogusqve commemoraſſent, *annal. mund. lib. II. p. 115.* Verum hoc non eſt eiusmodi, ut de ſententia nos dimoveat, qvando non fallentibus Chaldaeorum documentis, qvae in Euſebio ſuperſunt, ac divinioris qvoqve ſcripturae adiumenta habent, probavimus, iis omnino in hac cauſa ſtandum eſſe. Solebant autem Graeci fere ac Latini ſcriptores hiſtoriae initium a Nino ordiri, qvoniam hunc ob res geſtas propius cognitum habuerunt, ſuntqve deinceps Beli nomen dignitatis potius,

ditione ſua coniunxiſſe. Haud obſcure id confirmat, qvi de Aſſyriorum rebus ſcripſit, *Abydenus*, qvum regionem Chaldaeae a Belo ſiccatam, aptamqve adeo habitationi factam, ac Babylonem ab eo deinceps muro circumdatam fuiſſe tradit, *apud Euſebium de praep. lib. IX.* At vero Belus [illegible] τείχει περιβαλὼν nemo alius eſt, ac Babyloniorum Rex, qvem praeter Nimrodum non invenimus. Nam omni exceptione maior divinae generationis liber, et univerſi eius interpretes, regnum Chaldaeae pariter et Babylonem Nimrodo vindicant, ut vel hoc totius cauſae praeſidium eſſe poſſit, meritoqve habeatur. *Vid. Iacobus Salianus in annal. Vet. Teſt. ad An. M. 1032.* Nec grave mihi eſt, adducere teſtimonium Alexandri Polyhiſtoris, ut magnus ille Aſiae regnator et dominus hoc Beli cognomento notior inſigniorqve fiat. Tradit autem Alexander, urbem Babylonis et Nimrodi domicilium et opus fuiſſe, *apud Euſebium dicto libro.* Conſentit Eupolemus, neqve Strabo, auctor graviſſimus, contradicit, qvippe qvi non Vrbis, nedum arcis, ſed moenium munitionumqve initia Semiramidi aſcripſit, ſine dubio indicaturus, Semiramidem, cum bellum in ultimas Aſiae regiones moliretur, exqviſitiori cura Babylonis moles et opera feciſſe, ac muros foſſasqve circunduxiſſe, cum Nimrodo arx et rude inchoatumqve opus ſufficere poſſent. Atqve hoc eſt Semiramidis opus, qvod ibi commemorat Strabo, nec multo poſt de Beli ſepulchro ſcribit, ἔστι καὶ ὁ τοῦ Βήλου τάφος αὐτόθι, *Geograph. XVI.* cuius poſt Strabonem meminit *Plinius maior H. N. VI. 36. Durat* inqvit, *adhuc ibi Iovis Beli templum.* De arce Babylonis in fragmento Alexandri Polyhiſtoris traditum eſt, neqve eo ſecius mentionem fecit Ioſephus, qvorum uterqve arcem, et hic etiam plus aliqvid innuit ac deſignat, ut vel inde iudicari qveat, Nimrodum fallendi vulgi artes velut in mundi inſtaurati incunabulis reperiſſe, et ad ſtruendum Aſiae dominatum vafre ſatis

§. XV. Ac ne id qvidem nunc mihi reticendum eſt, non potuiſſe Diodorum, qvin fateretur, impeditiſſimas eſſe in tanta ac tam profunda, ut ſic dicam, caligine temporum rationes, qvas, ob multas variasqve ſcriptorum ſuper regno Aſſyriorum Medorumqve diſſenſiones, aegre expediamus. Aperte ſaltem ſigillatimqve nominat, ac mentionem facit *τῆς τῶν συγγραφέων διαφωνίας*, II 34.

§ XVI. Ex his atqve talibus ſeqvitur, ut ſtatuamus, Appianum, cum in laudem amplitudinemqve Rom. Imperii digreſſus, trium, qvae praediximus, Imperiorum comparationem inſtitueret, Oratoris potius, qvam hiſtorici partes ſuſcepiſſe, ac ſine accurata deſignatione temporum velut in tranſitu et curſim res externas, atqve inſigniora regna attingere voluiſſe.

§. XVII. Vndenam vero regni Aſſyrio-Chaldaeorum initium faciendum ſit, et qvo auctore coeperit, age iam videamus. Trogus, qvem in epitomen redegit Juſtinus, a *Nino* auſpicatur, ſed longe altius alii, nec obſcuri nominis ſcriptores exordiuntur. Hi enim *Belum*, qvem Tyrium an Aſſyrium dicas, nihil intereſt, memorant, atqve ab eo primordia eſſe capienda, Veterum auctoritate freti cenſent. Multi reperiuntur, qvi, poſt Noachicam aqvarum eluvionem, a *Nimrodo* hoc primum Aſſyriorum Imperium inter magna orbis Imperia fundatum fuiſſe, affirment.

§. XIIX. Ea igitur res tota penitus inſpicienda, et a capite arceſſenda eſt, qvod facile intelligo, cum mihi ſervandum eſſe ordinem, ut diſtincte omnia proponantur. Ac in principio huius rei *Nimrodum*, primum regni Babyloniorum conditorem, Beli qvoqve nomine fuiſſe appellatum, ex *incorrupto Abydeni monumento* colligimus et probamus. Neqve adeo non eſt veroſimile, dehinc *Nimrodum* pro regnandi libidine promoviſſe regni ſui fines, et Aſſyriam qvoqve domino-

vae adeo hic emendationi locum eſſe volunt. Verba Diodori *II. 28.* in vulgatibus Henrici Stephani, et Laurentii Rhodomani editionibus ita leguntur. *ἡ μὲν ἡγεμονία τῶν Ἀσσυρίων ἀπὸ Νίνου διαμείνασα μὲν τριάκοντα γενεάς, ἔτη δὲ πλείω τῶν χιλίων καὶ τετρακοσίων, ὑπὸ Μήδων κατελύθη,* Vbi ſi vocabulum *τετρακοσίων* relinqvatur in textu ac retineatur, neqvicqvam dubitare licet, qvin Diodorus cum Diodoro committatur. Igitur recta annorum ſupputatio congruentem omnino interpretationem recipit, ſi, prout per neceſſariam interpretandi rationes legi fas eſt, pro *τετρακοσίων* legamus *τριακοσίων*, et Diodori capita inter ſe contendamus, apteqve omnia reponamus et explanemus. Etenim *Diodorus II. 21.* adducto Cteſiae Gnidii fragmento, ſeqventia tradit. *Ἡ τῶν Ἀσσυρίων ἡγεμονία μετέπεσεν εἰς Μήδους, ἔτη διαμείνασα πλείω τῶν χιλίων καὶ τριακοσίων (non τετρακοσίων, ut II. 28. mendum eſt) ἔτι δ' ἑξήκοντα,* Vbi haud inanis ſuſpicio eſt, irrepſiſſe *ἑξήκοντα*, cum vix dubitandum ſit, qvin *ἐξ* legi debeat, qvod conſentaneo hiſtoriae argumento, et idoneis interpretandi ſubſidiis evincamus. Similiter apud *Diodorum II. 32.* ſive, ut qvidam contendunt, in lectione vitium eſt, ſive illic numerus ſtrictior de aliena ſententia refertur, qvando non plures, qvam qvingenti anni regno Aſſyriorum, compendiaria numerandi ratione, aſſignantur. *Ἡρόδοτος,* inqvit, *κατὰ Ξέρξην γεγονὼς τοῖς χρόνοις φησὶν Ἀσσυρίους ἔτεσι πεντακοσίοις πρότερον τῆς Ἀσίας ἄρξαντας ὑπὸ Μήδων καταλυθῆναι.* Qvi locus ſi non ex mente Herodoti numero *rotundo* expreſſus eſt, ſine dubio exiſtimari poteſt, corruptum eſſe, atqve adeo ex *II. 21. et 28.* capitibus inter ſe collatis, veraqve et conſentienti lectione conciliatis, omnino reſtitui ac emendari oportere. Subdubitat Chriſtophorus Heidmannus, nec definire vult, utri ſupputationi aſſentiatur, qvanqvam magis inclinat in alteram, qva anni amplius M CCCC. dinumerantur, *Comp. hiſtor. lib. 1. p. 82.*

ſed non ſatis certa eſt, qandoqvidem duo Codices MS Parmiſis collati ſunt, ubi vulgata lectio retinetur. *[illegible] ἐπ' ἑτεα [illegible], apud Herodotum hoc* non ſane mihi liceat eſſe tam confidenti, ut pro τεσσεράκοντα ponam χιλίων vel hoc argumento, qvod Diodorus ipſe non aliter legit, qvi ſine dubio codicem Herodoti inſpexit, et ſaepe lectitavit, *II. 32.* Specioſe qvidem dicunt, facile mutari poſſe literas, qvod de notis numerorum dabo libens, ſed de integris vocibus non aeqve concedam. Itaqve non eſt, qvod putemus, pro κ. irrepſiſſe μ. qvoniam Herodotus temporis huius intervallum non ſignavit notis, ſed nominibus *Cardinalibus* appellavit atqve deſcripſit. Multo minus auctoritas Herodoti perſvadet, ut eiusmodi mutationem moliamur, qvum nihil abſurdi ſit, ſi affirmavero, Herodotum in longinqvis narrationibus ſaepe fuiſſe lapſum, qvod hic mea ſententia eo magis admitti debet, qvia certum exploratumqve eſt, eum neqve in Aſſyriam veniſſe, neqve domeſtica Aſſyriorum monumenta et propinqvo inſpexiſſe, qvorum alterum Cteſiae, qvamvis extenuati, in laude eſt merito ponendum. Proinde Herodotus, pater ille hiſtoriae et primus in proſa narratione ſcriptor, iam non eſt μάρτυς ἀξιόπιστος, qvod hic ſummatim nunc erat nobis colligendum.

§. XIII. Qvamobrem Iacobus Palmerius, etſi in hoc emendandi genere multum ſibi ſumit, tamen in praeſenti nil mutare auſus eſt, haud dubie ideo, qvod vidit et agnovit, inſiſtendum eſſe verbis, qvae tot antiqvis, nec depravatis codicibus haud mutata uno et conſtanti tenore leguntur. *Vid. eius exercitationes ad Herodotum et Diodorum Siculum, ubi nihil bonis argumentis tractat, qvod ſecurum, aut ſanum poſtulare videatur.*

§. XIV. Ceterum Marshamus et Voſſius qvod Herodoto, idem et Diodoro Siculo remedium adhibent, et no-

vae

rum qvoqve ei illuſerit, atqve hoc nomine a Dionyſio Petavio reprehenſus caſtigatusqve eſt, iure, an iniuria, hic non disqviram; eſſe haud ſum neſcius, Gerhardum Ioannem Voſſium Scaligero patrocinari, et conciliandae eius cum veritate divini codicis ſententiae rationes afferre, *de Theologia Gentili lib. 1. cap. XXIIX. ex eoqve Cl. Ioh. Henricus Boeclerus, hiſt. univ. aetat. mund. ſec. p. 24.* Nivis enim auctoritate Manethonis Sebennytae, ſacerdotis Aegypti, has ſuas dynaſtias prodidit, in qvibus [illegible], qvod Ctesiae falſe exprobrat, invenimus, qvi haud poſſimus ignorare, omnes eas antiqvitates, qvae [illegible] tempora praecedunt, commentorum eſſe plenas, ſiqvidem eae ex auctoritate humana deſumuntur: perinde ut Aſſyriorum Chaldaeorumqve res circumſpecte iudicandae ſunt, qvatenus cum Olympiadibus, unde certum hiſtoriae profanae exordium capimus, haudqvaqvam connecti poſſunt, ut vel in ipſa Beli Niniqve hiſtoria obſervare in praeſens licet.

§. XI. Ceterum ut ſuperiora ſcriberet Appianus, auctorem ei fuiſſe Herodotum, non ſine cauſa arbitrari qveamus; nec me fugit, ita qvoqve exiſtimaſſe Iacobum Viſſerium, ac temporis intervallum, qvod Herodotus DXX. annis circumſcribit, approbaſſe pariter ac ſecutum eſſe, *in annalibus ab Auguſtino Lubino, hodierno Galliae Regis Geographo, recognitis aetat. mund. V. p. 49. Conf. Chriſtianus Schotanus in Bibl. hiſt. ſacr. de ſecunda mundi aetate pag. 115.*

§. XII. Alii, qvibus hoc diſplicet, librariorum negligentiam coarguunt, codicemqve Herodoti alicubi mendi poſtulant, et numerorum nomina ac notas immutant, eamqve ſententiam probant viri omnino doctiſſimi, *Ioannes Marsham eqves Anglus in Canon. Chron. ſecul. XVII. et Iſaacus Voſſius diſſert. Chronol. de aetat. mund. in Caſtigationum Auctario p. 373.* Qvae coniectura qvidem videtur veroſimilis,

ſed

ſed iuſtum accuratumqve ſupputationis ſpatium non explet; ac in eo qvoqve multum fallitur, qvando a Belo ſeculo ad ultima retro Nini tempora *duo annorum millia* computavit, *in ſomnium Scipion. II. cap. 10.* ubi ſane non ex inſtituto, ſed curſim attingit rationes temporum, et in hiſtoria ad Ninum pertinente haeſitat, qvod in Canone Archelai Philoſophorumqve aeqvali caſtigavit *Photius cod. CLXXXVI.*

§. IX. Caſtor Rhodius cognomento chronographus, cujus *fragmenta* in Euſebii et Georgii Syncelli chronicis ſuperſunt, rationes longe alias iniit, et MCCLXXX. annos ſupputavit. Sed Euſebius, qvi auctore Syncello [illegible] magis qvam Iulium Africanum ſecutus eſt, MCCXL. haud abſurde numeravit, qvandoqvidem, ſi ad duos Euſebii annos Auguſtini numeros, qvibus Beli regnum complectitur, adjiciamus, ſine dubio annorum MCCCV. rationes conficientur, *in utroque Chronico, qvod Euſebio tribuimus, prior. p. [illegible] et poſterior. p. [illegible]*

§. X. Iulius Africanus regni Aſſyriorum primordia altius repetit, ampliusqve porrigit aetatibus, a qvo diſſidet Euſebius Caeſarienſis, etſi alias cum Africano facit, qvod non inficiatur Georgius Syncellus, qvi cum Georgio Chronographo Syro confundi non debet. Neqve vero Syncellus, qvi ſemel iterumqve notat Euſebium, ſibi in commemoratione ſua adverſatur, qvum eum [illegible] introducit. Fragmenta Africani nihil nos movent ut ad Ioſephi Scaligeri ſententiam accedamus, et ab illo Beli annos MCCCLXXXIV. colligamus, *Can. Iſag.* [illegible] Scilicet reiicimus ex Chaldaeorum Aſſyriumqve dynaſtia, qvas idem auctore Africano vult conſtitutas fuiſſe ante Belum. *Vid. Euſebius* [illegible] Nec tamen Scaligero [illegible] dicam ſcribere velim, qvod fabuloſae antiqvitatis regna evolvit longiusqve extendit: qvod ſane in dynaſtiis Aegyptio-

rum

qvitur) *tempore illud omnium regnorum maximum Aſſyriorum finem tantae diuturnitatis accepit. Ad Medos qvippe translatum eſt poſt annos ferme mille trecentes qvinqve, ut etiam Beli, qui Ninum genuit, et illic parvo contentus imperio primus rex fuit, tempora computentur*, in πολυθρυλλήτῳ *Opere de C. D. lib. XIIX. cap. 21.* Qvod ſignificantes *tantae diuturnitatis* regnum appellavit, id Diodorus pari elogio inſignivit, ac πολυχρονιωτάτην celebravit, *II. 23.* Tum hanc infra qvoqve inſigniori ἀρχῆς μεγίστης elogio ornavit, *de bell. Punic. 8.* Neqve ſecum pugnat Praeſul Hipponenſis, cum alibi annos MCCXL. qvidem, ſed iuxta cum annis regni Beli LXV. in unam ſummam colligendos, numeravit, *de C. D. lib. IV. cap. 6.*

§. VI. Oroſius Auguſtino aeqvalis, a Iuſtino, qvem alioqvin ſeqvi conſvevit, diſceſſit, et annos MCLXIV. ſupputavit, eosqve Aſſyrio-Chaldaeorum regno nomine *Babylonis* deſignato attribuit, *Hiſt. lib. II. c. 3.* Vnde Lipſius ad Velleium corrigendum aggreſſus, remedium minime idoneum adhibuiſſe mihi videtur.

§. VII. Verum Oroſius ad ſententiam Auguſtini, qvo et magiſtro, et auctore ad ſcribendam hiſtoriam uſus eſt, propius acceſſit, ac iis qvidem in capitibus teſtatum id fecit, in qvibus Nini ac Semiramidis, noviſſimumqve Sardanapali regnum commemoravit, *lib. I. c. 4. et c. 19.* Qvibus ſi addamus regni Beli annos, qvorum mentio eſt apud Auguſtinum, non poteſt dubitari, qvin anni MCCC. numerentur. Atqve haec ſupputatio congruit cum Iuſtino, et a Cteſiae rationibus haud longe recedit, dignaqve eſt, qvae aliorum incertis narrationibus praeferatur.

§. IIX. Macrobius, qvi ſeculo Theodoſiano et vixit et ſcripſit, fatetur qvidem, neqve id improbamus, *ſupra Ninum nihil praeclarum in libros relatum eſſe* a ſcriptoribus priſcis,

ἀνῃρέθη. Elegantius ſane et ſignificantius in hoc verborum rerumqve contextu, qvam ſi dixiſſet, *ἐσβέσθη*. Illud vero diverſum eſt, qvod aliqvi *ἑπτακοσίων* legunt, qvando Codices Appiani habent *ὀκτακοσίων*, id qvod alias per Grauſini legem *ἐννακοσίων* efferri ſolet.

§. III. At enimvero priſcis Cteſiae monumentis obloqvitur Appianus, propterea qvod conſtat, vel unam Aſſyriorum monarchiam plusqvam mille annis duraviſſe. Plane et evidenter Trogus Pompeius: *Imperium Aſſyrii, qui poſtea Syri dicti ſunt, mille trecentis annis tenuere, apud Iuſtinum L. I. 2.* De Syrorum appellatione omnino videndus eſt Herodotus VII. 63. inprimis vero Cteſias Gnidius auctor eſt, Aſſyrios plus MCCC. annis imperium habuiſſe, *apud Diodorum Siculum II. 21.* Repetit hinc totidem verbis Euſebius, et, qvae dixi, manifeſto confirmat, *ἐν χρονικῷ λόγῳ πρώτῳ.* Cteſiae elogium vid. apud Photium *in Bibliotheca, eclog. LXXII.* Lucianus hic more Satyrico nimis ſibi indulget, Cteſiamqve valde ſugillat, *ἐν ἀληθεῖ ἱστορίας λόγῳ α.*

§. IV. Eqvidem minus annorum ſpatium ex *Aemilio Sura* colligit Velleius Paterculus, regnumqve hoc Aſiae maximum ad Medos translatum eſſe tradit, poſtqvam Aſſyrii MLXX. annis obtinuerant: qvod adduxit Iuſtum Lipſium, ut numerum Velleianum emendari cupiat, et Oroſii opera eam ad rem utatur, *in animadverſionibus ad Vell. I. 6.* Igitur de huius ſententia conficit rationes annorum MCCXXX. qvanqvam Oroſii numerus non eſt amplior MCLXIV. de qvo paulo poſt dicetur.

§. V. Aurelius Auguſtinus a veris emendatisqve rationibus propius abeſt, et MCCCV. annis Aſiae imperium fuiſſe penes Aſſyrios ſcribit, atqve adeo inter eum, et, qvem ſeqvimur, Cteſiam unus duntaxat annus intereſt, dum ſeqventia literis mandavit. *Cuius* (de Proca Albanorum rege loqvi-

§. I.

QVatuor ſumma Orbis imperia, qvae communiter appellantur, et magnitudine differebant, et ſplendore potentiae ac diuturnitate permultum diſtingvebantur. At vero illud non facile explicatu eſt, qvamobrem a plerisqve, nec ſpernendis ſcriptoribus, anguſtiori temporum ſpatio definiantur, parumqve accurate inter ſe conferantur.

§. II. Nam Appianus, ſcriptor Hadriano Imp. aeqvalis, idemqve eximius ac diligens, et cognomine Alexandrinus, non qvidem inficiatur, tria priora Aſſyriorum, Medorum, Perſarumqve imperia modico, et per ſe ſatis inſigni temporis intervallo ſtetiſſe, ſed tamen omnino illa brevioribus, qvam par eſt, finibus concludit atqve circumſcribit, ac ne annos qvidem nongentos aeqvare affirmat. Ἀσσυρίων καὶ Μήδων, καὶ Περσῶν τριῶν τῶνδε μεγίστων ἡγεμονιῶν ἐς Ἀλέξανδρον τὸν Φιλίππου συντεθεισῶν ἂν ὁ χρόνος ἐφίκοιτο τῶν ἐνακοσίων ἐτῶν, *Praeſat. in Roman. hiſt.* ubi Latina interpretatio ex aſſe non reſpondet, neqve ab Henrico Stephani, et Alexandro Tollio ſupletur, neqve ab Vlrico Hubero melius adornatur. Deſcribit autem tria haec imperia, qvae deinceps Alexander, Philippi F. devicta Aſia, ſimul compoſuit atqve coniunxit. Mox tempus ſupputans, cum Romanorum Imperio comparat, atqve huic diuturnitatis praerogativam aſſerit, et ſatis aperte pronunciat, totum illud tempus, qvo fuerint ac floruerint, non attigiſſe nongentos annos. Negat ἐπὶ ἂν non temere ac dubitat, qvum ſuperiora imperia reſpiciens dicere voluit: *Illorum ſimul ſumptorum tempus ne attigerit qvidem nongentos annos:* vel ſenſu eodem, *non aeqvarit ſpatium nongentorum*

Q. D. B. V.

Aſſyrio-Chaldæorum primordia

ex priſcis Scriptoribus eruta,

PRAESIDE

CONRADO SAMVELE SCHVRZFLEISCHIO,

publice diſſeret

atqve defendet

M. FLORIANVS KLEPPERBEIN,

Glogovia Sileſius,

ad d. Iun. A. M DC LXXXI.

In Auditorio Maiori,

CVM PRIVILEGIO SEREN. EL. SAXON.

Diſputatio LIIX.

LIPSIAE, Apud NICOLAVM SCIPIONEM,

ↀↄ ↄↄ XCIIX.